Fragmentarium

Mementote uinctorum tanquam ſi
mul uincti · & laborantium tanquam
& ipſi in corpore morantes · Hono
rabile conubium omnibus · & thorus
inmaculatus · Fornicatores & ad
ulteros iudicabit deus · Sint mores ſi
ne auaritia · contenti preſentibus ·
Ipſe enim dixit · Non te deſeram
neque derelinquam · ita ut confidenter
dicamus · Dominus michi adiutor eſt · non
timebo quid faciat michi homo · Me
mentote prepoſitorum ueſtrorum · qui uobis
locuti ſunt uerbum dei · Quorum intu
entes exitum conuerſationis · Imi
tamini fidem · Ihesus xpistus heri & ho
die · ipſe in ſecula ſeculorum amen ·

In illo tempore · S marchum · feria iiii ·
Cum egreſſus eſſet ihesus in uiam · procur
rens quidam genu flexo ante eum ·
Magiſter bone · quid faciam ut
uitam eternam percipiam · Ihesus autem
dixit ei · Quid me dicis bonum ·
Nemo bonus · niſi unus deus · Precep
ta noſti · Ille dixit · Que · Ne ad
ulteres · non occidas · non fureris · non falſum
teſtimonium dixeris · ne fraudem
feceris · Honora patrem tuum & ma
trem tuam · Ille autem reſpondens ait
illi · Magiſter · omnia hec obſerua
ui a iuuentute mea · Ihesus autem in
tuitus illum dixit ad eum · quia dilexit
eum · Unum tibi deeſt · Vade quecumque
habes uende · & da pauperibus · &
habebis theſaurum in celo · Et ueni ·
ſequere me · S marchum feria vi ·

In illo tempore · Venit ihesus in regionem
geraſcenorum · & exeunti ei de naui ·
ſtatim occurrit homo de monu
mentis in ſpiritu inmundo · qui do
micilium habebat in monumentis ·
Et neque catenis iam quiſquam po
terat eum ligare · quoniam ſepe com
pedibus & catenis uinctus diru
piſſet catenas · & compedes comi
nuiſſet · & nemo poterat eum doma
re · Et ſemper nocte ac die in mo
numentis & in montibus erat ·
clamans & concidens ſe lapidibus ·
Videns autem ihesum a longe · cucurrit
& adorauit eum · Et clamans uoce
magna dixit · Quid michi & tibi ihesu
fili dei ſummi · Adiuro te per deum ne
me torqueas · Dicebat enim illi ihesus ·
Exi ſpiritus inmunde · ab homine · Et
interrogabat eum · Quod tibi nomen eſt ·
Qui reſpondens dixit · Legio no
men eſt michi · quia multi ſumus ·
Et deprecabatur eum multum · ne ſe ex
pelleret extra regionem · Erat autem
ibi circa montem grex porcorum · mag
nus paſcens · & deprecabantur ſpiritus di
centes · Mitte nos in porcos · ut in
eos introeamus · Et permiſit eis ſta
tim ihesus · Et exeuntes ſpiritus inmundi
introierunt in porcos · Et magno
impetu grex precipitatus eſt in mare ·
ad duo milia · & ſuffocati ſunt in ma
ri · Qui autem paſcebant eos fugerunt ·
& nuntiauerunt in ciuitatem · & in
agros · Et egreſſi ſunt uidere quid
eſſet factum · Et ueniunt ad ihesum ·
& uident illum · qui a demonio uexa
batur ſedentem · & ſane mentis · Et timu
erunt · Et narrauerunt illis qui

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 1, fol. 87r – Noted missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-70c4/7088/57960)